


Ja iego sługa

Moy łaskawy pane [illegible]

przyimuiącye to oczemnye pys[illegible]

a b c d e f g h i k l m

n o p q r s t v u y z ʒ



... iuuencularum timpanistriarum ...

In ecclesiis benedicite deo domino de fon-
tibus israel. Ibi beniamin ado-
lescentulus in mentis excessu. Prin-
cipes iuda duces eorum principes za-
bulon principes neptalim. Man-
da deus uirtuti tue confirma h[oc]

omnium finium terre ...
ge. Preparans montes in u[irtute]
te tua accinctus potentia q[ui]
profundum maris sonum fluctuum
Turbabuntur gentes et tim[ebunt]
habitant termin[os]
...dis. exitus ma[tutini]

ndabunt frumento: clamabunt

enim ymnum dicent. psalmus david

Iubilate deo omnis terra psalmum

dicite nomini eius: date gloriam laudi

[eius. Dic]ite deo quam terribilia sunt

[opera tua domine in] multitudine virtu[tis]

[tue mentientur tibi i]nimici tui. Om[nis]

bit in fine. Currus dei decem mili-

bus multiplex: dominus in eis in syna milia letantium

in sancto. Ascendisti in altum cepisti cap-

tivitatem: accepisti dona in hominibus

Etenim non credentes inhabitare dominum deum.

Benedictus dominus die cotidie: prospe-

rum iter faciet nobis deus salutarium

Artificiosa Memoria Clarissimi iurisutriusq; do
ctoris & militis domini Petri Rauennatis per quã
facillime multa memoriter teneri & dici possunt

C. Lyciniȷ decatonstichon ad Candidũ lectorẽ

Si memorem tentas fieri te Candide lector
Atq; inter celebres nomen habere viros.
Perlege quod priscæ specimen prægrãde rauennæ
Edidit. & cælo laudibus vsq; loca.
Et potes & debes merito censere magistrum
Artificis genii iudiciiq; simul:
Eia igit̃ cunctũ numen veneremur in æuum
Et meritas laudes quisq; poeta canat.
Græcia non similem vidit nec romula tellus.
Necnon posteritas est habitura/vale.

cnota pokora niegodzi sye dodwora

Lancellotus Decius iuris vtriusq3 doctor

Quid modo pyramides.quid iā babilona canamus
Quid iouis & triuiæ templa sup̄ba deæ
Non magis immēsum mirabimur amphitheatruz
Nam summe facerent hoc quoq3 semper opes
Scipio non vltra iactet quod fecerat vsus
Agmina qui proprio noīe tota vocat
Petrum fama canat quam nobilis ille rauennæ est
Gloria:qui plusq̄ docta minerua potest
Quid magni fecere dei mirabile dictu
Nam retinet quicquid legerit ille semel
Effatur triplici quæcunq3 orator in hora
Protinus hic iterū nil minus ore refert
Sic reor hunc genuit doctarū quinta sororū
Cui pia musa nihil non meminisse dedit

Clarissimo & excellentissimo cæsarei pōtificiiq3 iuris Doctori mirabili memoria prædito equitiq3 splendidissimo Petro Rauennati Marcus picardus salutem.

Simonides cedat mensq3 alta themistoclis vna
Inclytus arpigena cum cicerone solon
Cum doctor cum clarus eques splendorq3 rauēnæ
Mente valens memori maxima quæq3 canat.

Ex libris Stanislai Woynar



Et cum vna sit Fœnix & vnus sit iste libellus: libello si placet Fœnicis nomen imponatis.

q Voniā ætate nostra paucos excellenti memoria præditos fuisse cognouimus statui pulcherrimū opus Italiæ & toti orbi tradere: cuius p̄cepta siq̄s seruare voluerit huius artis altissimu3 culmen paruo tp̄e mirabiliter attinget: nec fallor o lector carissime dū em̄ p̄cepta mea per totā italiā experirer cuncti diuinū potius q̄ humanum opus se vidisse affirmabāt: aliq̄ etiā se cruce signabant nec in artificiosa memoria præceptorem habui: sed deo mihi auxiliū prebēte regulas pulcerrimas maximis tn̄ laboribus inueni: hūc ego libellum doctissimis auditoribus legi meq̄ legente p̄cepta hui9 artis ab ore meo pēdētes scripsere: & quī doctrina mea vsi sunt & honorem & laudē sunt cōsecuti hoc meū inuentū excellentissimi viri laudauerūt quo3 nōia in fine hui9 opis inscribere placuit ne solus videar q̄d est meu3 laudauisse: q̄d ꝑfecto pulchrius iudicabit si excellētiores habuerit laudatores mea igit̄ p̄cepta charissime lector amplectaris oiq̄ studio & diligētia exerceas. ex ipsis em̄ non ex aliis grana colliges & toto opere ꝑfecto mihi crede maximā gloriā reportabis. Nō sumus sufficientes cogitare aliq̄d ex nobis. scribit ap̄ls. ij. ad Chorinthyos. iij. Om̄e donū optimū desursum est descendens a patre luminū. Iacobi. i. gl. in. l. nam & demosthenes. ff. de legibus. Quid em̄ habes q̄d nō accepisti. i. ad Cho3. iiij. Sine me nihil potestis facere. Iohannis. xv. Nolite gloriari neq̄ loquamini elata neq̄ ꝑcedat magniloquētia de ore vestro q̄a deus sciētiarū est dn̄s. primi Regū. ij. Intellectū tibi dabo &

instruā te in hac via q̃ gradieris. ait deus oīpotens
in libro psalmoꝝ ꝑ os ꝓphete & Bal. in principio
libri feudoꝝ nō pōt aliqd homo boni velle nisi iu=
uet̄ ab eo qui nō pōt malū velle: dixit Augustinus
ad Bonifaciū Papā gratia præuenit vt velimus bo
nū. Augustin⁹ in enchiridion mouet ad quærendū
salutē libertas arbitrij mouēte prius deo. Augusti
nus de ecclesiasticis dogmatib⁹ sine gratia dei nullū
prorsus siue volēdo siue agēdo faciūt hoīes bonuꝫ
Augustinus de correctiōe & gratia velle etiā quod
bonū est nō possum nisi tu velis. Augustin⁹ in soli
loquijs: & scribit ingeniosus poeta ī principio sui
p̄clari opis dii ceptis nā vos mutastis & illas aspi=
rate meis. & alibi: Adsis & cepto Iupiter alte meo.
& pulchre loquit̄ Cæsar in. l. in noīe dn̄i. C. de offi
cio præfecti prætorio affrice ī. l. deo nobis auxiliū
p̄bente. C. de episcopis & clericis: & in. l. deo aucto
re nostrū gubernāte imperiū. C. de veteri iure enu
cleando & text⁹ est in cap̄. in noīe dn̄i. xxiii. di. & ī
capitulo in noīe dn̄i. de testibus & in cap̄. veritatis
de dolo & contumacia & in cap̄. nō licet. xxvi. q. v
& in capi. in noīe patris. lxxiii. di. in autentico vt
p̄ponat̄ nomē impatoris in ver. mox inchoet̄ aucto
re deo in autentico de armis in principio in auten
tico de quæstore in cap̄. prio de baptismo glosa in
rubrica institutionū Bal. in rubrica. C. de iure iu=
rando Ad oīpotentis igit̄ dei prouidētiā aīum me
um referēs hoc vtilissimū opus ordinare disposui
in quo amicis satisfecero si obscuritates verboruꝫ
& sententiarū euitauero vt etiā indocti vtilitatē ali
quā ex hoc libello assequi possint. in hoꝝ igr̄ p̄cep
torū traditiōe loqui nō aūt dicere cogitaui. vt autē
res clari⁹ habeat̄ cōclusiōes in tota arte facillimas

adducā:vt cū legista sim legistas videat imitari.

INCIPIVNT CONCLVSIONES ARTIS MEMORATIVE

PRIMA erit Conclusio: Ars ista constat ex locis & imaginib9: loca sunt tanq̄ charta seu alia materia in qua scribim9: Imagies sunt similitudines rerū quas memoriæ volum9 cō mendare. Chartam ergo primū parabo ī qua ima gines collocare possim9. Et ꝑ fundamēto hui9 pri mæ conclusionis quatuor regulas pono. Prima est hæc: loca sunt fenestræ in parietibus positæ colū= næ anguli & quæ his similia sunt: Secūda sit regu la: loca nō debent esse nimiū vicina aut nimium di stantia. vicinitas em̄ vt expertus sum in appositio ne rerū memoriā naturalē cōturbat: si aūt nimium distarent loca cū mora quæ locis tradita sunt reci tamus mediocriter ergo distabūt si vnus ab altero quinq; vel sex pedibus distabit. Tertia sit regula va na vt mihi videt̄ est opinio dicētiū loca fieri nō de= bere vbi sit hoīm frequentia: vt in ecclesiis aut in plateis: nam ecclesiam quādoq; vacuā vidisse suffi= cit nō em̄ semꝑ ibi hoīm deambulatio visa fuit & ī hoc experientia quæ est rerū magistra cōtrariū do cuit. Quarta sit regula: loca nō sint alta quia volui ꝙ hoīes ꝑ imaginibus positi loca tangere possint quod vtile semꝑ iudicaui. Accipio ergo ecclesiam mihi multū notam cuius partes diligēter conside ro in ea terq; quater deambulās discedo domumq; redeo & ibi per me visa mēte reuoluo & hoc pacto principiū locis do: In parte dextra portæ ex q̄ re= cto tramite ad altare maius itur mihi primū locuȝ

constituo: deinde in pariete post quinq; aut sex pe
des secundū & si ibi aliquid reale sit positū vt ē co
lumna fenestra aut his simile ibi locū pono: si autē
reale deficiat ad arbitriū meū imaginariū fingo si
tamē hec loca fabricās omittere vellet timēs ne rei
apposite obliuiscat̄ concedat̄ dummodo sit memor
ibi locū constituisse & sic de loco in locū procedat̄
donec ad eandez portam loca fabricans reuertat̄ &
ista fiant in parietib⁹ primis ecclesiæ omissis om=
nibus quæ in medio ipsius sunt. & siquis locoruz
copiā habere cupiat hoc ordine monasteriū intret
& illud totū locis impleat aut in parietibus extra
ecclesiā sibi loca comparet: & q̄ multa voluerit me
minisse multa sibi loca cōparare debet: Ego autem
quia om̄es homines italiæ copia rerū absq; charta
rum reuolutiōe superare volui in sacris scripturis
iure canonico ciuiliq; & aliis multarū rerū auctori
tatibus dū essem adolescens mihi centūmilia loco=
rum paraui & nūc ipsis decemmilia addidi in qui=
bus p̄ me dicenda posui vt in promptu sint quan
do memoriæ vires experiri cupio & cū patriam re
linquo vt peregrinus vrbes italiæ videā dicere pos
sum oīa mea mecū porto nec cesso tñ loca fabricare
hoc suadeo vt in aliqua ecclesia & monasterio ha=
beant̄ loca solū pro reponēdis reb⁹ quas quotidie
conuenit recitare: vt sunt argumenta rationes hi=
storiæ fabulæ & prædicatiōes quæ in quadragesi=
ma fiunt & hoc officiū illis locis tantuz deputet̄ &
vnum quod vtile iudicabit̄ ꝑ istis locis in fine scri
bere disposui. volo equidem iuuenes hui⁹ artis cu
pidos perfectissime docere: loca autem sic cōstitu=
ta ter aut quater in mense memoria repetant̄. repe
titio em̄ locorum nullo precio emi potest.

Erit conclusio vt charta habita modū scribendi in ipsa doceā in magna nobiliū corona dū essem adolescens mihi semel fuit propositū vt aliqua nomina hoim p̱ vnum ex astantibus dicenda recitarē nō negaui: dicta ergo sunt nomia in primo loco posui amicum illud nomē habentē. in secūdo similiter & sic quot dicta fuerit tot collocaui & collocata recitaui: & aduertat collocans vt semp̱ amicum ponat agentē illud quod cōiter ab eo fieri solet: & ista cōclusio clare procedit in noībus cognitis: si aūt non cognoscit amicus illud nomen habens veluti Bozdrab Zorobabel tūc collocabis quod loco suo dicet & idem dico in noībus animaliū vt est equus: bos: asin⁹ vt in primo loco ponat̄ equus: in secūdo bos in tertio asinus & idem in reb⁹ anima carentib⁹ vt est liber cappa vestis. sed aduerte ne decipiaris si in primo loco poneret̄ liber: in secūdo cappa sic simpliciter posses dū recitares deficere: excitare enim memoriā naturalē est artis huius officium: sed hæ res cōmouere non pñt q̄a gestus imaginis positæ excitat qui in talibus naturaliter non reperit: imago igit̄ i loco talis poni debet quæ se moueat si nō potest ab alio moueat̄ rem talē in manu alicui⁹ motoris ponas vt ex motu illo memoria naturalis cōmoueatur: sed acutissimi ingenij iuuenis dicet ꝙ hæc præcepta non sunt omni ex parte perfecta formica in loco posita se mouet non tamen propter sui paruitatem commouebit granū piperis in manu motoris positum etiam non excitabit: fateor hoc si formica sola collocet̄ sed multitudinē formicarum ascendentiū & descendentiū arborē in loco ponam. Quod ergo formica sola facere nō potest

faciet multitudo & amicus etiã in loco multa gra
na mouebit. Instabit etiã ingeniosus iuuenis: pulex
saltat nec cõmouet multitudo autẽ bene collocari
nõ potest sed ꝑ pulice amicũ pulicem capientẽ col
locabo: & ego sepissime pro pulice excellentissimũ
omniũ ætatis nostræ medicũ Magistrũ Gherardũ
Veronẽsem posui quẽ semel capientẽ pulicẽ aspexi

TERTIA

Est aurea conclusio quia pro litteris alphabeti ho
mines habeo & sic imagines viuas: pro littera eñ a
Antoniũ habeo pro littera b. Benedictũ & sic per
sonas in quarũ noĩbus prima littera est illa quã col
locare volo: & ego cõiter pro literis formosissimas
puellas pono: ille ei multũ memoriã meã excitãt &
frequẽtissime in locis iuniperam Pistoriensem mi
hi charissimam dum essem iuuenis collocaui & mi
hi crede si pro imaginib9 pulcherrimas puellas po
suero facilius & pulchrius recito quæ locis mãda-
ui secretũ ergo habe vtilissimũ in artificiosa memo
ria quod diu tacui ex pudore. si cito meminisse cu
pis virgines pulcherrimas co loca: memoria ei col
locatione puellarũ mirabiliter cõmouet & qui vi-
dit testimoniũ perhibuit: hoc autẽ vtile præceptũ
prodesse nõ poterit illis qui mulieres odiũt & con
temnũt sed isti artis huius fructũ difficilius conse
quẽt veniam tñ mihi dabunt viri religiosissimi &
castissimi præceptũ eñ quod in hac arte mihi ho-
norem & laudem attulit tacere nõ debui cũ succes
sores excellentissimos relinquere totis virib9 nitar

QVARTA

Est conclusio vt imagines alphabeti seu noĩa demõ
strantia litteras bene memoria teneant & sæpe re-
petant. Incipio ergo sic si mihi contingat in loco

ponere istam copulā & in loco pono Eusebium &
Thomā.hoc tñ ordine quia eusebius locun tangit
& Thomas astat coram eo:si autē thomas locū eu
sebii tenuerit & eusebius thomæ non copulā &:sꝫ
hoc pronomē te in loco videbimꝰ appositū: est em
in arte hac hæc regula vt prius ī ordine loco sit ꝓ
pinquius sicut em̄ in charta primū e:scribimus in
ista copula & ita & in loco & idem obseruandū est
generaliter in oibus dictionibꝰ & aliis collocādis.

QVINTA

Est cōclusio in sillabis triū litterarū in quibus sic
ꝓcedit.si enim vocalis est in medio vt in hac sillaba
Bar:tunc imaginē vltimæ litteræ accipio & rē ali
quā addo cuius principiū duabus præcedētibꝰ lit
teris simile sit.si ergo in loco raimundū cum bacu
lo locū percutientē posuero legetʳ i loco sillaba bar
& si Simon locū ꝑcusserit habebitʳ sillaba bas: ista
ergo sit regula quæ sic repetitʳ vbi vocalis est in me
dio in sillaba triū litterarū accipitʳ imago vltime li
tere re aliqua apposita mobili aut se mouente cu-
ius principiū simile sit duabus litteris præcedenti
bus:si aūt vocalis sit in fine vt in sillaba bra: tunc
imaginē primæ litteræ in loco colloco & rem mo
bilem seu se mouentem cuius principiuꝫ sit simile
duabus sequētibus:si ergo Benedictū cuꝫ rapis vel
ranis i loco posuero dabit sillabam bra:si aūt Tho
mam sillabā tra:copia ergo rerū incipientiū vt sil-
labæ si in promptu habeatʳ magnam afferet vtilita
tem:sed si vocalis est in principio sillabam faciens
vt in hoc verbo amo tunc semꝑ imago primæ lite
re collocanda est in loco & res principiū habens si
mile sequenti sillabæ:si ergo Antonius voluat mo
lam hoc verbū amo positum legemus:si Eusebius

verbū emo:est tñ sciendū ꝙ non possum⁹ commo-
de dictionem triū aut quatuor sillabarum colloca-
re:sed nec opus est quia frustra fit per plura quod
potest fieri ꝑ pauciora:sufficit em̄ primā & secun-
dam sillabā posuisse dictionē tamē duarū sillabarū
possumus totā collocare veluti pater ponā in loco
rem vel hominē pro imagine sillabe pa :vt Paulum
& ꝓ sillaba ter:cū vocalis sit in medio Raimunduꝫ
accipiā telam in manu habenteꝫ concludo ergo sic
pulchre imagines alphabeti simul iunctæ & copia
rerū incipientiū vt sillabæ semꝑ nobis seruient si
alie imagines defuerint:si em̄ alias habere possum
istas omitto de quibus in aliis cōclusionib⁹ dicet.

SEXTA

Est conclusio in istis dictionib⁹ panis vinū lignum
vestis & similib⁹ & in noībus dignitatum:vt est Pa
pa Impator abbas canonicus:quæ oīa etiā rustici i
telligunt quid demonstrēt:vel vt clari⁹ loquar vni
formes sunt in lingua vernacula & latina in talib⁹
dictionibus alias imagines non quæro sed pono il
lud quod dictio ipsa sonat & sillabæ oēs taliū dicti
onū possunt pulchro inuēto facile collocari:in cor
pore nanqꝫ humano casuuꝫ imagines inueni :nam
caput est casus noīatiuus:manus dextra genitiuus
manus sinistra datiuus:pes dexter accusatiuus pes
sinister vocatiu⁹ & neuter seu pectus casus ablati-
uus.& ꝓ numero singulari pono aut pulchrā pu-
ellam nudā & pro numero plurali ipsaꝫ egregie or
natam aut illuꝫ quē meminisse volo:aut ergo volo
collocare rem aut hoīem:si rem vt panē puellā nu-
dam in loco sibi pedem dextrum cum pane tangē-
tem collocabo:si aūt dictionē collocare volo homi-
nem in aliquo officio vel dignitate constitutum de-

monstrantē vt abbatē:abbatem vnū in loco nuduȝ q cū pede dextro locū ꝑcutiat pono:& si diligēt o lector dulcissime cōsiderabis hoc iuētū tibi pulcꝫ videbit:& sic has dictiōes totas soleo collocare.

SEPTIMA

Est conclusio quia possum⁹ etiā collocare dictiōes sono vocis gestu corpis & similitudine & istis ima ginibus frequētissime vtor pono em̄ amicū ꝓ dicti one: doctorē vnū cognoui q sp̄ i ore habebat legē p hanc C·de tēporibus appellationū:illam em̄ tm̄ le gem legū dolor memoriter dicebat:volens ergo il= lam legem collocare illuȝ dolorē pono qui semp ri sum excutit & sic sono vocis collocationē facio:ge stu corporis ponunt̄ imagines qn̄ fit gestus in di= ctione cōprehēsus ꝓ verbo em̄ spolio amicū pono qui aliū spoliet:ꝓ verbo rapio amicū p vim aliqd rapientē :similitudine colloco imagines qn̄ rem di ctioni similē in litteris licet in significatiōe dissimi lem inuenio:vt qn̄ ꝓ verbo cano canē colloco.

OCTAVA

Est cōclusio ꝓ dn̄is iure cōsultis & de voluminib⁹ iuris ciuilis dicere icipiā & qn̄ illa locis tradere vo lo colores qbus tegunt̄ accipio:ꝓ.ff. veteri pellē al bam.ꝓ.ff.nouo pellē rubeā:ꝓ iforciato pellē nigrā ꝓ Codice pellē viridē:ꝓ volumie varii coloris pel= lem:ꝓ Institutiōib⁹ librū paruū:& ꝓ autentico ta bellionē istrumētū magnū habētē colloco :pro au= tentica puellā priuilegiū habentē: ꝓ libro feudorū comitē alicuius castri.ꝓ decreto aūt cuȝ in eo sint sanctorū patruȝ auctoritates senē aliquē i loco scri bentē pono:pro decretalib⁹ papā in throno s[illegible]den tem colloco:ꝓ clemētinis puellā cui nomē est C le= mēs ꝓ sexto libro istrumētū illd̄ ita i italia d[illegible] ū de

quo scribit Ouidius: Altera pars staret pars altera duceret orbem: pro cōmentatoribus iuris eos qui idem nomē habent: imaginē autē glosæ accipio ex doctrina per me primo loco data in collocatiōe di ctionū: pro. ff. iuniperā habeo Florentino cytharā dantē vt orlandi gesta cantare possit: Allegationes autē decreti sic collocantː nam pro allegatiōe q̄ fit per distinctiones ponit̄ puella quæ pannū vel char tam laceret. pro quæstione autē colloco iuniperaz percutientē famulā: pro consecratiōe est sacerdos hostiam consecrās: pro pœnitētia est Iunipera que mihi sua peccata leuia confitet̄.

NONA

Est conclusio vt ostendā quō rubricas vtriusq̄ Iu ris locis tradere debeam⁹ & duas imagines cōmu niter pro illis ponere soleo: si em̄ meminisse volue ro Rubricā de transactiōibus Thomā ranas habētē colloco vel gestuz corporis pono duos em̄ qui diu litigarūt a lite recessisse fingo & alterū alteri signū pacis præbere hæc est pulcherrima imago rubrice de trāsactionibus. Principia autē legū vel capitulo rum in locis ponunt̄ alphabeto vel sono vocis vel similitudine vel gestu corporis de quibus iam ple ne dictū est.

DECIMA

Est conclusio in argumētis collocādis pro quibus imagies duas ponere soleo: prima est gestus corpo ris: vt si dicat̄ sic testamētū sine septē testibus factū nō valet: testatorē corā duob⁹ testibus testamentuz fecisse fingo & virginē vnā illud lacerare. secūda est imago q̄a duas aut tres dictiones argumēti princi paliores colloco: exemplū habe tu iurisconsulte & me intelligent philosophi q̄n in actu reqrit̄ iussus

alicuius ille debet p̄cedere: hic sunt multa verba sꝫ sufficit iussum & præcedere collocare & reliquas argumēti partes memoriter dicere poterimus: ex collocatiōe ergo duarū aut triū dictionū cætera eleganter recitabimꝰ: & hoc experto crede magistro.

VNDECIMA

Est conclusio cū quæreret quidā: Vtrū in eodē loco plura collocare deberet? respondi si in locis ponere volo quæ ab alio mihi proponunt̄ vt illa proposita statim recitare debeā imagines vnius rei tm̄ ī loco colloco: sꝫ si q̄ ī libris lego ī locis ponere dispono vt illa memorit̄ ꝓnūciare possim tūc imagīes pluriū reꝝ ī loco vno sepissime ponere nō dubitaui

DVODECIMA

Erit pulcherrima Conclusio: vt aperiā quo pacto numerorū imagines fieri debeāt & ꝓ oībus numeris quos possumꝰ excogitare viginti tm̄ imagines inueni: illas ergo specialiter describā: ꝓ numero decem est mihi crux magna aurea vel argentea: ꝓ viginti similitudo littere r. ferrea vel lignea rei alicuī rotūde cōiūcta qa numerū vigiti hoc modoī charta scribimꝰ zo: pro trigita similitudo illiꝰ figuræ eodem modo rei rotūdæ cōiuncta: & sic vsqꝫ ad numerū centuꝫ imagines habeo quæ decē sunt: nouē etiā imagines numerorū habeo incipiendo ab vno vsqꝫ ad numerū nouem quas in digitis manuū hominis fabricaui. Est igit̄ digitus primꝰ manus dextræ mihi ꝓ primo numero seu ꝓ vno: secūdus ꝓ secūdo seu ꝓ duobꝰ: & sic vsqꝫ ad quartū digitū manus sinistræ ꝓcedo: vt aūt facilius ista memoria teneant̄ primū digitū manus dextræ dico esse ghelforum: secundū ghelbilınorū: tertiū iudæorū: quartū anulorū: quintū auriū: & sic de digitis manus sini

strae sit dictũ. Primũ ghelfotũ appello quia ghelfi il lum in magno precio habere dicunt: ghebilini se cundũ: tertiũ iudaeorũ appello: quia si digitũ illuz iudeis ostendimus toruo visu respiciũt: qui autem causam scire cupiet quaerat & inueniet: cur autem quartũ & quintũ sic nominem notissimũ est: p nu mero autẽ mille michaelem habeo. si ergo mihi nu merus aliqs pponat imaginem eius facilime inue niã: aliqua exempla ponã quib9 positis lector etiaz rudis ingenii conclusionẽ istã optime intelliget: si xi. q. iij. dicere voluero in loco ghelfuz fingã crucẽ in manu dextra tenentẽ & iudeũ q totis viribus p vim illã manu dextera rapere tentet: si. ij. ad Cho rinth. iiij. ponere voluero in loco ghebilinũ fingã q i manu dextra cortinam teneat quã pulchrae pu ellae ostendat illãq3 manu dextra recipiat: puellã em desponsatã p quarto digito & sic p quarto & no no numero colloco: si de poenitẽtijs distin. iiij. me minisse voluero sacerdotẽ senem nõ iuuenẽ cui pec cata cõfiteat Iunipera collocabo & ipsa mirabile fa ciet: sacerdotẽ nanq3 absoluet capiti suo manuz de xterã imponẽs: & sic ne in infinitum sit processus sit finis huic pulcherrimae artificiosae memoriae: in cuius pceptis oĩa si non explicite saltem impli cite cõprehendunt. Vnum tñ nõ omittã quod hoc in loco scribere promisi vtile in locis esse iudico q pro rebus auditis reponendis fabricauimus: si in quinto loco manus aurea ponat in decimo crux au rea in quintodecimo manus argentea. in vigesimo imago ipsi9 numeri & sic in caeteris fecere. monet mea doctrina. Excellẽtissimos in artificiosa memo ria habui auditores o lector dulcissime meamq3 do ctrinã miris laudibus extulerũt quorũ aliquos hic

legere tibi vt puto placebit Fuere mei discipli magister Antonius Trombeta ordinis minorū theologus celeberrim⁹ Magister Petrus Rochabonella Magister Iohannes do Aquila. magister Nicoletus Teatinus magister Hieronimus Veronensis Magister hieronim⁹ de Polchastris artiū & medicine doctores cōsumatissimi & Paduæ legentes. Spectabiles Seuerius & Nicolaus illustrissimi Ducis Ferrariæ secretarij Dn̄s Iohānes Maria Riminaldus. domin⁹ Dominicus de Massa. dn̄s Antonius de Liuτis dn̄s Iohannes Franciscus de Canali & dn̄s Leonellus de Bruturis Iuriscōsulti cōsummatissimi & Ferrariæ legentes. Tacebo nobiles Venetos q me audito multa memoriter pnunciare didicerūt Dominicū tamen Georgiū virū illustrem silentio iuoluere nequeo q doctrina mea vt ipse affirmabat immortalem sibi gloriā comparauit. Bononiæ Papie Ferrariæq legi & qui me audierūt multa memoriter scire inceperūt & q̄uis mea artificiosa memoria aliorū auctoritatibus sit cōprobata peccare tamen nō puto si acta mea in hoc libello legent̄ q̄ ipsam mirabiliter approbabūt. Dum essem iuris auditor nec vigesimū vidissem annuz in vniuersitate Patauia dixi me totū Codicē iuris ciuilis posse recitare: petii nanq vt mihi leges aliquæ ad arbitriū astantiū proponerent: quibus ppositis summaria Bartoli dicebā aliqua verba textus recitabam casū adducebam tacta per doctores examinabā lexq ista tot habet glosas dicebā & sup quibus verbis erant positæ recordabar contraria allegabā & soluebā: visum est astantibus vidisse miraculū. Alexāder Imolensis diu obstupuit nec fabulā narro ego palam locutus sum in vniuersitate Paduæ & qa in ore duo

rũm vel triũ stat om̃e verbũ testes huius rei tres ha
beo:Magnificũ dñm Iohannẽ Franciscũ Pasquali=
cum senatorẽ Venetũ & iuris vtriusq̧ doctorẽ ex=
cellentissimũ apud illustrissimũ Mediolani ducem
nũc legatũ:& clarissimũ doctorẽ dñm Sigismũduʒ
de capitib⁹ listæ ciuẽ nobilẽ Patauinũ:cuius pater
Frãciscus fuit acutissimi igenii Iuriscõsultus Spe
ctabilẽ dñm Monaldinũ de monaldinis Venetiis cõ
morantẽ:in q̃ virt⁹ domiciliũ suũ collocauit. Lecti
ones etiã Alexãdri Imolẽsis padue legẽtis copiosis
simas memoria tenebã & illas ex verbo ad verbũ in
scriptis redigebã illas etiã postq̃ finierat astãte ma
gna auditorũ copia a calce incipiẽs recitabã ex su=
isq̧ lectiõib⁹ dũ in scholis audirẽ carmĩa faciebã &
oẽs earũ partes in carminibus positas statim repli
cabã:& q hoc viderũt obstupuere :h⁹ rei testes hẽo
clarissimũ eqtẽ & doctorẽ dñʒ Ioãnẽ frãciscũ de mi
liis brixiẽsem:spectabilẽ doctorẽ dñm Sigismũduʒ
de capitib⁹ listæ:& filiũ Alexãdri Imolẽsis q nũc ẽ
iuriscõsult⁹ celeberrim⁹:Centũ & q̃dragĩtaq̧ au
ctoritates religiosissimi fris Michaelis de mediola=
no padue p̃dicãtis ĩmortalitatẽ aĩe ꝓbãtes corã eo
memoriter & ꝓmpte ꝓnũciaui q me amplex⁹ ẽ di
cẽs viue diu gẽma singlaris o vtinã te rligioni vide
rẽ:testis ẽ tota ciuitas Patauia sʒ magnificũ dñʒ Io
annẽ frãciscũ pasq̃licũ & dñm Sigismũdũ de capiti
bus listæ & dñm Monaldinũ de Monaldinis testes
habeo.Petii ego doctor creat⁹ in vniuersitate Pata
uina vt mihi in cathredra sedenti aliquis de vniuer
sitate auditor vnum ex tribus voluminib⁹ digesto
rum quod eligeret pñtaret locũq̧ in q̃ legere debe=
rem designaret:dixi em̃ sup re ꝓposita inumerabi
les leges allegabo testes sunt Clarissimus Iuris vtri

usq; doctor dñs Caspar Orsatus Paduæ Iura Canonica leges: & doctissimus dñs Prosper Cremonensis paduæ commorãs. Oẽs prædicatiões quas i vna quadragesima magister Antoni9 heremita Paduæ ꝓnunciauerat eo ordine quo ipse dixerat memoriter ꝓnũciaui & in scriptis sibi dedi: quo viso dixit ꝙ amplius Paduæ nõ ꝑdicaret: & huius rei si viuit testis est ipe omĩ exceptiõe maior. Prædicationes etiã dñi Mathei Veronẽsis canonici regularis & viri eloquẽtissimi quas in tota quadragesima fecerat sibi in scriptis dedi qa memoriter tenebã & i chartis reponebã testis est ipse & dñs Deodat9 Vincentinus canonic9 regularis. Dũ Pistorii legerẽ a dñis Florentinis cõductus sermonẽ verbi dei fratris Blasii de Plombino heremitæ recitaui: testes sũt Paulus magistri Michaelis & Domicius Cancellarius Pistoriẽses ciues: & tota ciuitas illa de mea artificiosa memoria testificari poterit q̃ me immunitatibus & priuilegiis decorauit. Dominic9 Georgi9 vir illustris Paduæ ꝑfectus & in artificiosa memoria discipulus dũ litteras Ducales semel legeret earum verba collocaui & statim recitaui: testis est dominus Anibal de Magiis de Bassiano nobilis ciuis Patauinus: cuius pater Nicolaus fuit excellentissimus iuriscõsultus Semel in schachis ludebã & ali9 taxillos iaciebat aliusq; oẽs iactus scribebat & ex themate mihi ꝓposito duas epistolas dictabã: postq̃ finem ludo imposuim9 oẽs iactus schachoru3 & taxillorũ & epistolatũ verba ab vltimis incipiẽs repetii: hæc quatuor ꝑ me eodem tempore collocata fuerũt: testes sunt dñs petrus de Montagnano & Franciscus Neuolinus nobiles Patauini ciues.


Dum essem Placentiæ monasteriũ monachorũ ni-

grotū intraui vt illud viderem in dormitorioqꝫ ei⁹
comitante monacho quodā bis deambulās mona-
chorū noīa quæ in ostiis cellarū erant collocaui: de
inde cōgregatis eis noīe proprio quemlibet saluta
ui. licet quē nominabā digito demōstrare nō potu
issem: mirabant̄ monachi quo pacto ego peregrin⁹
noīa eorū memoriter proferrē ipsis mirari nō desi
nētibus: dixi tandē hoc potuit mea artificiosa me
moria: quorū vnus dixit ergo hoc Petrus Rauen-
nas facere potuit & non alius. In capitulo generali
canonicorū regulariū Paduæ ꝑdicationē dn̄i Deo-
dati Vincentini eo ordine q̄ ipam pronunciauerat
recitaui astante ipius ꝑdicatiōis auctore. Semel me
traxit ad sui contemplatiouē Cassandra fidelis Ve
neta virgo excellētissima quæ dū legerat litteras se
renissimæ cōiugis regis Ferdinandi ad se missas il
las collocaui & recitaui: testis est illa doctissima vir
go: dn̄s Paulus Raimusius doctor excellens Arimi
nensis: & angelus Salernitanus vir clarus
Scribebat quidā illustrissimæ Ducissæ Eleonoræ
priuilegiū alius legebat p̄ns erā illudqꝫ ex verbo ad
verbū locis tradidi & ab vltima dictione incipiens
totū recitaui mirabāt̄ astātes: h⁹ rei testis ē dn̄s Io-
hānes de Bruturiis clarissim⁹ Ferrariæ ciuis q̄ et
multa de hac artificiosa memoria narrare poterit.
Quid aūt de actis meis referre possit nepos maxi-
mi pōtificis Pauli reuerēdus Paduæ Canonicus &
decretoruꝫ doctor insignis dn̄s Augustin⁹ barbus
omitto cū compater sit charissimus. Sed quid plu
ra testis est Brixia. Papia & Cremona: quid potue
rit mea artificiosa memoria declarāt hoc carmina
quæ in principio huius libelli legunt̄. Testis est il
lustrissimus marchio Bonifacius & eius pulcher-

tima vxor quæ me egregio munere donauit: testis est nouissime Bononia: testis est illustrissim9 Hercules Dux & illustrissima vxor eleonora: Testis est tota Ferraria: duas em̄ p̄dicatiões celeberrimi verbi dei p̄conis magistri Mariani heremitæ recitaui quo audito obstupuit dictus Magister & dixit: Illustrissima Ducissa hoc est diuinū & miraculosuz opus: testis est vniuersitas Patauia: oēs em̄ lectiões meas Iuris canonici sine libro quotidie lego: ac si librū ante oculos haberem: textū & glosas memoriter ꝓnuncio vt nec etiā minimā sillabā omittere videar. In locis aūt meis quæ collocaueri hic scribere statui & q̄ locis tradidi perpetuo teneo: in decē & nouē litteris alphabeti vigintimilia allegationū Iuris vtriusq; posui & eodem ordie sacrorū librorū septē milia: mille Ouidij carmia q̄ ab eo sapiēter dicta cōtinent: ducētas Ciceronis auctoritates: trecēta philosophorū dicta: magnā Valerij maximi p̄tem naturas fere oim aīaliū bipedū & q̄drupedū q̄rū auctoritatū singlā v̄ba collocaui: & q̄n vires artificio sæ memorie expiri cupio peto vt mihi vna ex lr̄is illis alphabeti ꝓponat: sup q̄ ꝓposita allegatiões ꝓfero: & vt clare itelligar exēplū habe: ꝓposita ē mihi nūc lr̄a a. i magno doctorū virorū cōuētu & stati a iure pricipiū faciēs mille allegatiões & p̄les ꝓferaz de alimētis de alienatiōe de absentia de arbitris de appellatiōib9 & de sil'ib9 q̄ i iure nr̄o habēt icipiēti bus a dicta lr̄a a. deide i sacra scp̄tura de antixp̄o de adulatōe & m̄ltas allegatōes sacre scp̄ture ab illa lr̄a icipiētes ꝓnūciabo carmia Ouidij auctori. cicerōis & valerij nō omittā de asino de aq̄la de agno de accipitre de apro de ariete auctori. allegabo & q̄cūq; dixero ab vltis icipiēs velociter repetā & hāc memo

tiæ demõstratione pulcherrimaʒ esse puto cui me
obligaui semꝑ & ad semꝑ interroget reuerendissi=
mus nũc vicẽ gerẽs Bononiæ cũ cõsumatissimo Iu
riscõsulto dño iohãne de Sala q̄d sup lr̃a.m.mihi ꝓ
posita allegaueri:interroget vniuersitas Bononiæ
q̄d sup lr̃a p.de dei potẽtia & potestate Papæ ꝓnũ
ciauerim:& hunc legẽdi modũ a rerũ multitudine
chaos appello qñ deo optimo maximoq3 placuerit
hoc tm̃ opus Italiæ ac toti orbi tradã. Hæc etiam
in iure canonico tm̃ locis tradidi tria milia allega=
tionũ decreti:duo milia decretaliũ:totũ sextum &
eius mille glosas:Clemẽtinas & earuʒ mille glosas:
& qñ de glosis decretaliũ Sexti & Clementinaruʒ
verbũ facio dictiones in q̄bus sunt positæ profero
Mille etiã singulariter dicta in Iure ciuili memorie
tradidi nec fabula narrat:in his em̃ quotidie peri=
culũ facio oĩa mea mecum portare volui maiora tñ
cupe ab his disco:naturalia em̃ desideria insaciabi=
lia sunt:vt ait Seneca ad Lucillũ.Non omitto etiã
illustrem principẽ Marchũ de Piis qui me audiens
obstupuit:& ex hoc me absentẽ sepissime noiat do
minꝰ Bartholomeꝰ Pigafetus Vincẽtinꝰ vir quidẽ
sapiẽtissimꝰ dicere audet dñm Thomã reatinũ qui
oĩm ætatis suæ memoriosissimus fuit noui & sibi
magna amicitia coniũctus fui:sed te superiorẽ esse
iudico.

Impressum Erffordie per wolfgangum
Schenck Anno salutis Millesimoquin=
gentesimo



apponere. S[illegible]

duo hec audivi · quia potestas dei e[st].

et tibi domine misericordia quia tu reddes unicuique

iuxta opera sua. Psalmus david

Deus deus meus ad te de luce vigi

lo. Sitivit in te anima

mea quam multipliciter tibi ca

ro mea. In terra deserta invia et

[illegible]

tum meum cilici[um]

rabola. A[illegible]

sedebant in porta [illegible]

bant qui bibebant vinum. Ego

orationem meam ad te domine tempus bene

placiti deus. In multitudine

[illegible]

In deo speravit cor meum

...tis in imperiu
...t reuerentia
...tuos sunt oms
...uant me in imperiu expecta
...r cor meu et miseria. Et sust
...n q simul contristaret et n fuit

et macie depulse. Veritatem peru
meu cogitauerunt repellere cu
curri insiti ore suo benedicebant
et corde suo maledicebant. Verum
tamen deo subiecta esto anima mea
quo ab ipso patientia mea. Quia

tam do subiecta erit anima mea
quo ab ipso paciencia mea. Quia

Cura facit canos quamvis homo ne
sciat annos



RAVENANTIS

ARTIFICIOSA

MEMORIA